

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

# IUPPITER

TRAGOEDVS, DIALO-

GVS LVCIANI, QVO

DEORVM CONCILIVM

de contempta religione de-

scribitur. Gaspare Hel-

delino interprete.

MORATIVS

Vos exemplaria Græca,

Nocturna uerilate manu, uerilate diurnas.

BASILEAE: EXCVDEBAT

HENRICVS PETRVS.

PRVDEN  
TISS. AC SIMVL DOCTISS.  
MEDICO D. ACHILLI PYR  
minio Gassaro suo amico Gaffar  
Heldelinus S. D.

**M**ittimus ad te prudentiss.  
Achilles, pro ueteris ami-  
citiae iure, studiorum nostro-  
rum primitias, Iouem Tra-  
goedum Luciani quam fe-  
stiuiissimum dialogum : quem his nos  
diebus quantum equidem per suffura-  
tum negotijs ocium licuit, utcunq; Lat-  
nè reddidimus. Scit autem tua prudentia  
quantulâ VVittembergæ sub Philippo  
Melanchtonè comuni quidem nostro,  
sed ut doctissimo, ita & fidelissimo præ-  
ceptore, Græcanicis literis operam naua-  
rim. Verum enim uero id quoq; quantu-  
lum cunq; est, partim ludi literarij mini-  
mè ludicus labor, partim tricæ istæ do-  
mesticæ à recto, quo cooperat, cursu ceu-  
catenis iniectis abstrahunt : adeò ut  
quod.

Quod equidē dicere erubesco, bene par-  
ta uix tueamur. Quod si in hoc studij ge-  
nere, authores Græci, oīū, & fidelis (no-  
tum est enim εργατικόν ιερού) socius con-  
tingat, fortassis ipse quoq; aliquo prodi-  
re conarer. Nunc quum rāq; te detin-  
neant, fortuna dicam, an literarū nefan-  
da ista uilitas, maxima studiorum præsi-  
dia librorum uidelicet copiam, temporis  
ocium, postremò ipsam animal uacuita-  
tem inuidet, fieri non potest, quin inge-  
niolo nostro, alioqui rudi, uicium &...  
quidam obnascatur. Ceterum dia-  
logum hūc hodie pouissimū uertere libu-  
it, propterea quod comitiorum ille, qui  
in ore omni populo est, dies adperit, quē  
Ratisonam ad conuentendum Impera-  
tor edixit. Nam & hic loci Lucianus cō-  
cilium deorum arduis de rebus (de religi-  
one enim controvèrtitur) arduum, suo-  
quodam naso depingit. Porro quām hic  
Dialogus cum nostri temporis & mori-  
bus & hominibus nō omnino dissimili at-  
gumento conueniat. Ego equidē meā in  
præfentia nō interposuerim fententiā, sed

A · s · t̄i,

tui, omnium adeo, iudicij acrimoniam  
medio relinquam. Id tantum addere liber,  
omnibus penè retroactis facultatis Idololatria  
triā fuisse sugillatā. Eum igitur solertiss.  
Achilles tamen humanitati transmittere ui-  
sum est, quod & Græcè non mediocriter  
calleas, & nobis summus ab adolescen-  
tia fueris amicus, denique quod communi-  
nes nobis Musæ, atque adeo communis est  
patria, cui tua prudētia leuandis morbis;  
ego puerorum moribus ingeniosus for-  
mandis præfecti sumus. Proinde si quid  
amicus Doctor aut ægritudinis aut lan-  
guoris in eo deprehenderis, pharmaciis;  
quæ potes, expellere curabis: si omnino  
καχίσαι μήτε aut φθορά animaduerteris, tum  
Thetidi aut Veneris largire martio.

Vale ex ludo nostro, Lindauj,

Calendis Martij.

M. D. XXXII.

C. H. L.

Multos nostra ferunt Damides, multosq; Timocles  
Tempora, qui turbas dantq; fohentq; grates.

366

# IVPPITER

## TRAGOEDVS LVCIANI

### SAMOSATENSIS DIA LOGVS MIRE SALSVS.

#### CONCILII DEORVM INTER LOCVTORES.

MERCVRIVS	MOMVS.
IVPPITER	APOLLO.
MINERVA	HERCVLES.
IVNO	HERMAGORAS.
VENVS	DAMIS.
NEPTVNVS	TIMOCLES.
COLOSSYS.	

**M**ERCVR. Quid accidit Iupi-  
piter, quod tute solus ita te  
cum cogitabundus loque-  
ris? Quid pallidus, uultuq;  
philosophico inambulas?  
Si quid ægritudinis, laboris uè est, mecum  
comunica, meq; adeò in consiliū adhibe.  
Caue domesticū tuum utilitatis ergo. cō  
A 3 tem,

# I V P P I T E R

temporis. M I N E R V A:

Eia age Saturna fate mi pater, optime princeps,  
En genibus prouoluo tuis me, & supplice uoce  
Oro luminibus glaucis Tritonia Pallas.

Eloquere, & caue corde premas, ut scire queamus  
Quid curæ tantum tua uiscera mordeat. Aut quid

Ex Euris pide. Tot gemitus ducas? pallor quid timuerit oras

IV P. Qui digna tanta clade uerba proloquart?

Haud est animi malum ullum aut perturbatio

Neq; tam tragica est aacerba comploratio,

Cuius malem superi prius non sufferant.

MINER. Quod nam hoc o Phœbe nouum  
genus proemij: IVP.

O uera telluris studia, O nequissimi

Tuq; o Prometheu, quanciu me adflictu malis?

MINER. Quid id est: domesticu enim in  
gregem tu hac intonas. I VP.

Quid me facis o stridor grandistrepe fulminis?

MINER. Mitte iras, nisi qos hystrionu ma  
re fabulam agere posse credis. At qui nec  
dum Euripedem totu combibimus, ut te  
actum fabula: interim adiutemus. IVNO:  
Ignorare adeo nos cui illius meroris cau  
sas arbitraris: IVP.

Nescis, graves alioqui fletus funderes,

IVNO

IVNO : Aegritudinis ego istius tuz, quæ  
es implicitus, caput ipsum amorem esse  
pernoui. Non eiulo tamen, huiuscemo-  
di enim iniurias, quibus me subinde cō-  
citas, consuetudine pro nihilo habere in-  
sueui. Veri est autem simile te uel Dana  
én, uel Semelen, Europam ué noctum  
esse, obq; amoris impatientiam excruci-  
ari, ac inde apud te consilium snire, quo  
modo uel in aurum aut Satyrū aut tau-  
rum abeas, perq; impluuium in cupitæ  
gremiū defluas. Id uerum esse argumen-  
to sunt gemitus, lacrymæ, pallor. Nec a-  
liud, quam'amas, I V P. Beatam te, quæ  
negotia nostra in amore, tanq; leuibus  
in rebus uerti persuasum habeas. IV NO:  
Quid aliud est autem, quod tam graui-  
ter te summum Iouem discrutiſat. I V P.

Extremo sunt o Iuno res deum loco,

Ac, quod ferunt, in acie nouacule,

Honorem habere num dijs necesse fit,

Et an sacra dona firre, terra quæ ferat.

Sint et superum ne negligenda numina

Immo deos nihil esse controvertitur.

IVNO: Num Gigantes quosdā terra pro

*Vide Osi-  
dij Met-  
morphos.*

*Querela  
omnino*

duxit: Aut Titânes effractis uinculis, occupatisq; ui custodijs aduersum nos bellum redintegrant: I V P.

*Confide, res inferne Dis se habent bene.*

IVNO: Quid igitur tam acerbum accidit? Neq; enim te ne ob id quidem excrucia tū video, quod nobis Iouis loco Polus aut Aristodemus es uifus. I V P. Timocles o Iuno stoicus ille, atq; Damis epicureus, hesterno die, nescio unde sermo-

*Res et car nem exorsi, de Prouidentia differuere.  
do totius Idq; in multa probissimorum pariter ac  
negotij. prudentissimorum hominum præsentia*

Quod sanè me supra quā dici potest exacerbauit. Atq; ibi Damis iste neq; deos esse, neq; omnino à nobis, quid apud illos agatur, constitui aut curari conciona bundus prædicabat. Porro Timocles optimus ille ceu certamine in hoc suscep-  
to, tutari nos enixè adnitezebatur. Turba querò quum effusior irrueret, finē cōgref-  
sioni præcidit. Nunq; quidē sunt digressi sed denuo componi, ac quod reliquū dis-  
se eptatiōis fuerit, excutere constituerūt. Suntq; hodie omniū animi ad audiendū su-  
spensū

pensi sublimesq; utri uictoria contingat  
 ac uter ea adepta uerissima dixisse censea-  
 tur. Videlis quantum immineat pericu- Periculum  
 lum, quanq; nobis res in arcto existant.  
 Ut quæ unius hominis arbitrio, summum  
 in periculum uocentur. Alterum igitur ex  
 duobus ceciderit, aut nostra omnia despe-  
 ctui necessariò habenda, uanaq; tantum  
 nomina putanda ueniēt, aut pristinus no-  
 bis honos redibit: siquidem Timocles di-  
 cendo uicerit. IVNO: Res est, ut uerè dicā  
 longè acerbissima, ac sanè haud immer-  
 tō Tragicum tueris Iuppiter. IV P. Et tu  
 mihi in tantis rerum nostrarū tempestati-  
 bus, Danaës, aut nescio cuius Antiope  
 rationem haberī animū inducis? Quid  
 autem ò Mercuri Iunoq; & Minerua or-  
 ptimū factu esse censemus? Nam & uos a-  
 liqua parte consilijs uestris adiumento es-  
 se decet. MER. Ego quidem rem istam Consilia cō-  
seria consultatione dignam, cōcione ad frumenta-  
 id conuocata, ad uniuersum conciliū re-  
 ferendam censeo. IV N. Huic sententiae  
 & meum calculum appono. MINER. At  
 longè mihi alia mens est Iuppiter, ego  
A , ordine

cælum totū cōmouendum minime sua serim. Tu uerò ne ægrè quidem patite il lís ostende. Cæterum præstiterit efficere idq; priuatim, qui ne inferior fiat Timo cles: contrà Damis ut irrisus è cōuentu explodatur. MERC. At qui isthęc uix tegi dissimulari uē possunt, quando conten tio illa palam philosophis agitabitur, tū autem tyrannidem exercere uelle uide beris, nī rem istam, tam arduam, adq; rempublicam pertinentem omnibus cō municaueris. I V P. Quin igit̄ concione īdicis, ut uniuersi adsint. MERC. Recte dicas. Heus ad concionem coite superi, confluſte omnes, ne cessetis, adeſte: cele brabitur super rebus maximis concio. I V P. Adeon te tenuē, simplicemq; esse præconem Mercuri, ut pedestri oratione conuoces, idq; ad res multò difficillimas MER. Quo ergo maulis modo Iuppiter? I V P. Rogas? Carminibus utendum cen seo, quibus maiestatē isti tuo præconio concilias, obtonandumq; grandiloquē tia quedam poëtica, quo uidelicet fre quentiores coēant. MERC. Pulchrè. Verū Iuppi

Iuppiter tute ipse uersus cuide a eos de-  
canta: ego em̄ ut minimū poēticus sum.  
Itaq̄ metus est, ne uersus numerū exce-  
dentes iustum, aut eodem destitutos cō-  
texens, præconiū eō magis eleuē, meq̄  
ob poētices imperitiam risui exponam,  
id quod usū uenire ipsi Apollini uideo  
quē ob quādam oracula rident. Tu aut̄  
quod facere soles, grauitate cōcionis in-  
dicta, securitatem auditoribus interclus-  
de, ut ne otium quidem ad excutiendos  
uersus suppetat. I V P P I T E R : Quin Ho-  
mericorum aliquid carmīnum tuo præ-  
conio intertexere, quibus ille nos conci-  
ere solet: nam & te in meminisse consen-  
taneum est. M E R C V R I Y S : Haud equi-  
dem ita clarē, inq̄ promptu habeo. Co-  
nabor tamen.

Nemo deūm cesset, seu mas, seu fæmina, nemo  
Fluminum, in Oceanū que se non castra tulerunt  
Deniq̄ Nymphaarum nemo, sed adesse frequenter  
Omnes, qui celebres soliti coenare Hecatombas  
Seu medij, seu postremi, seu ignobile uulgi,  
In bene odoratis quicunq; accumbitis aris  
Ad summum properate lœcum, quia comio agetur.

Cōtio in di-  
citur car-  
mine.

I V P . Istuc recte Mercuri. Bellè præcor.  
nus functus es officio. Iam enim cōuolit  
tant. Proinde porrectis dextris salutatos  
colloca, ut quisq; exquisita materia, aut  
Ordo scf arte insigni maximè dignus extiterit. Pri  
sonis. mas sedes aureis dato, secundas argente  
is, deinceps eburneis, pōst æreis, postre  
mò lapideis: ac inter hos ipsos etiā, si qui  
Phidiaz aut Alcumenis, Mironis uē, aut  
Euphranoris, eiusq; generis artificū ma  
nu, fabrefacti sunt. Reliquos honore se  
dis anteēant. Cæterum uilis turba ista, ac  
incondita, alicubi in angulum compulsa  
taciti sedento. Concionem enim isti tan  
tum cōplent. M B R C. Sic erit, & sedebunt  
alli quidem ut cōuenit, uerū illud ego di  
scernere nequeo: nempe, an si quis aure  
us, multisq; talentis ponderans, idemq;  
ignoti precij ac qualitatis extiterit, cæterū  
plebeius atq; inconditus priores sedes ijs  
mereri debeat, quos aut Phydias, Alcu  
menes uē ex lapidibus, uel ex ære Myrō  
& Polycletes deformarūt. Deniq; num  
artem, ut par est, honore anteponendam  
autumes, I V P . Artem quidem principē  
tenere

tenere locum par erat, sed arte tamen pre-  
ciosius est aurū. MERC. Intelligo, nō opti-  
matim uis ut collocem, sed diuinitatim, ni  
mirum habita censuum aestimatiōe. Pro-  
cedite igitur in primas sedes uos Aurei.  
Adparet Iuppiter Barbaricos deos cæte-  
ris primariū locū præcepturos. Cernis e-  
quidem Dij Græcorum cuiusmodi sint.  
Effigie quidem ipsa gratiæ & uenustatis  
plurimū, artis etiam non parum præse-  
funt. Cæterum lapidei tamen omnes aut  
ærei aut certè qui maximè magnifici sunt  
eos ebore nonnihil, auroq; obductos ui-  
deas, unde color, splendorq; magis elu-  
cescat. At lignei intrinsecus ipsi, tota mu-  
scarum agmina, regnum etiam admini-  
strantia, occulunt. Ipsa uerò Bendis et A-  
niubis ille, iuxtaq; illum Attis Mithresq;  
quanti quanti auro constant, ac ferè in-  
stabilis sunt precij. NEPTVN. Vbinam  
gentium isthuc iustum, canina istum fa-  
cie atq; adeò Aegyptiacum mihi Neptu-  
no priores præripere. MERC. Est iustum  
ð Neptune Enosigæ. Te etenim Lysip-  
pus æreum effinxit & mendicym; nimis  
rum

rum quod tum Corinthis aurum minus  
suppetebat, at ille totis te ditione metallis  
est. Aequius igitur quod propulsus es, fer-  
re debes, neque indignari, si sis grandiores  
ex auro nares habens, sedis honore ante-

*Ita & no-  
stri prela-  
ti rixatur*

uortat. VENVS: Quid igitur & me prehē-  
dens in primis sedibus locasti? Sum enim  
aurea. MERC. Evidem planè perspicere  
nequeo: uerum nisi lippitudine teneor,

Praxiteles de albo montis Pentelice (opi  
*vide Plin* lib. 3 ca. 6) lapide primū te excidit deinde cum  
ita sibi esset uisum Venerē effinxit, Gni-  
dūsque te tradens uendidit. VENVS: At e-  
go spectat fidei testem Homerū addu-

Solonē *Athenas in* cam, qui sursum ac deorsum personans  
aureā Venerē me adpellat. MERC. At idē  
4 cēsusdi Apollinē, tum locupletē esse, tum auro  
stribuisse adfluere prædicabat. Atqui eundem illū  
*Aristot. 2* in iugaliū equorū censu alicubi sedere  
Polit. & cernes, decoronatū etiā à prædonibus, q  
Plutarch. & cytharæ sinus abstulere. Proinde tu  
in Solone quoque bene tecū esse actū putato, quod  
tradunt nō omnino in opificū censu contionem  
quod hic habere cōtigit. COLOSSVS: Quū nō Solē  
aludunt, modo me, uerū etiā magnitudine illa fa-  
cile

et esse conspectissimum esse palam sit, quia  
 mecum contedere, atque adeo conferri sustine-  
 at. Quem Rhodienses cum non usque adeo  
 immensum & grandiorē educere decre-  
 uissent, paritamen sumptu deos aureos  
 sedecim parauerunt. Itaque quia exquisiti vide pām  
 tæ etiam artis non parum inest, & preti lib. 34 &  
 um haud dubie in illa magnitudine ap. pīt. 7.  
 paret, eò non immerito pretiosissimus  
 censeri debeo. M E R C. Quid hic facto o-  
 pus iudicas Iuppiter? Nam isthuc iudica-  
 tu difficile uidetur. Si enim materiam spe-  
 citem æreus est, si rationem mecum ine-  
 am, quot sint talentis conflatus, quinque  
 torum modiorum, uel certè equestrem  
 censem superat. I V P. Quorūm huius  
 præsentia fuit opus? turbas confessioni  
 dabit. Hec Rhodiensis optimie, ut maxi-  
 mè precij ratiō eaureos quoque supesquo  
 tamē hic modo præsideas; Nisi omnes  
 surgere uelis. Nā uel solus alterutristati-  
 bus omnē ordinis locū occupaueris. Re-  
 stū ergo feceris, si inclinata panlisq in co-  
 cionem mole, erectus cōsilio iuterfueris  
 MER. Ecce aut̄ aliud difficultis item iudicij  
 Ambo

Ambozre fusi, uterq; Lysippi manus, tū  
quod maximū, utriq; par generis honos  
tūdēlicet summo uterq; Ioue nati, Bac-  
chus ille & Hercules, utrum priores oc-  
cupare iudices. Judica, pr̄sidentia enim  
studio 'ambitiose' (quemadmodum cer-  
nis) inter se contendunt. IV P. Tempus te-  
rimus Mercuri, iam dudum cōcionari o-  
portuit. Proinde nūc mixtim loces, quād  
cuiq; libet. Facito. Dabit ei negotio alia  
alio tempore contio. Tum ego dispexe-  
ro, quem ordinem deos deinceps sequi  
debeat. MERC. Verū hercle quātū interīm  
publicam tranquillitatē inquietant, dū  
singulis diebus ob distributionē ordinis  
clamat, Vbi nectar, Vbi ambrosia reli-  
cta. Deniq; ubi Hecatombē cum cōmu-  
nia uidelicet sint sacra. IV P. Silentium Mer-  
curi impera, ut omissis istis nugis, cur  
huc uocauerim omnes mectū intelligent.  
MERC. At non omnes Ḡēcanicā lingua  
caplunt, & sum ipse non ita multarū lin-  
guarū peritus, ut à Scythis, Persis, Thra-  
cibus & Celtis pr̄co intelligi queā. O-  
ptimum aut factū fore crediderim, si mo-

xx

ta manu significauero atq; inhortatus ad  
 silentium tenendum fuero. I V P. Ita  
 facito. M E R C. Dijs boni ipsis sophistis  
 taciturniores factos iuides. Itaq; tempus  
 est ut dicas, iamdudum oculos in te defi-  
 gunt, expectantq; quibus de rebus sis  
 orationem habiturus. I V P. Evidem  
 non uerebor apud te gnatum meum fa-  
 teri, quid animo meo acciderit. Non te  
 clam est, quam præsenti semper animo  
 quantaq; grandiloquentia instructus in  
 contionibus uersatus fuerim. M E R C.  
 Memini, atq; adeo non mediocriter te  
 publicè concionantem expauí. Cum pri  
 mis quando catena aurea illa, ex æthere  
 demissa, terram è profundis, cumq; dijs  
 mare subiecturum minitabáre. I V P.  
 At in præsentia mi gnate, nescio quomo-  
 do, siue ingruescientium malorum mul-  
 titudine, siue concionis frequentia (quā  
 dijs confertam cernis) animo consterna-  
 tus sum, ac subtremisco, lingua insuper  
 faucibus adligata mihi uidetur, quodq;  
 omnium absurdissimum, exordium uni  
 uersæ orationis, quod eum in modum

B ador

*Apud Ho  
merum Ili  
ados nono*

adornaram uti quām plausibilissimūnt  
apud eos esset, memoria excidit. MERC.  
Omnia perdidisti Iuppiter, illi uero (qd'  
uides) silentium hoc tuum suspectum  
habent, subtimescuntq; ac longe maxi-  
mum quiddam fese audituros malum  
expectant, quod ita diu cunctaris. I V P.  
Quid consulis Mercuris Homericum il-  
lud proēmiū apud eos deçantem? MERC.  
Quod nam isthuc? I V P.

• *Auribus arrestis me audite. Diijq; Dceq;.*  
MERC. Apage satis huiusmodi proēmijs  
in nos, ut mea fert opinio, debachatus es  
Iuppiter. Verum nisi aliter censes, omis-  
sa uersuum molestia, è publicè habitis o-  
rationibus Demosthenis aduersus Phi-  
lippum, aut si qua mavis, exordium con-  
farcinato, paululum immutatis uerbis,  
Oratio 10 quemadmodum hodie bona pars rheto-  
rū ad de- rum facere consuevit. I V P. Recte, com-  
os omnes peadiariam edoces rhetoriam, leuisq;  
Exordiū operz, deniq; perplexis adpositam. Ex-  
ex prima ordinar igitur tandem. Ego non dubi-  
Olynthia- to uiri immortales, maximis uos opibus  
caDemo- anteposituros, si liquido constet, quid  
sthenis. nam

hām illud tandem esse possit, quod tam  
 frequentem concionem postuleat. Ace,  
 quidem quando in eo loco res nostræ  
 sunt, par est ut dicenti mihi non inuitas  
 aureis porrigitis. Porro quoniam p̄s-  
 sens hoc tempus modò non adita uoce  
 clamitat, p̄séntib⁹ nostrarum rerum  
 malis salutē querendam esse, simul quia  
 desides nos parum ué attenti ad nostra  
 tuenda uideri possumus, placuit hodie  
 (nam Demosthenes me destituist) quām  
 luculetissimè queo, ea uobis exponere,  
 quibus tantopere percussus, concionem  
 cōuocari debere existimauerim. Hester Narratiō:  
 no quemadmodū scitis die, quum Mne-  
 sitheus seruatoria sacra, propter nauim,  
 quæ adhuc Capharea scopulum penè  
 naufragio perierat, seruatam fecisset,  
 nosq; quot eisdem sacrī adesse Mne-  
 sitheus uoluit) in Piræo laute accepisset,  
 ego peractis libatiōibus (alijs aliò, quo  
 sanè cuiq; uisum esset, digressis) cum sol  
 nondum in occasum inclinaret, in ur-  
 bem ascendi, quo uesperi Ceramico in-  
 ambularem, simul memoria mecum re-  
 B 2 putans

putans, Mnesithéi sordidam parsimoniam, ut qui sedecim Díjs, in cœnā unum non amplius gallum gallinaceū, eumq; senem admodum & iam pituitantem immactarit, præterea frustula thuris quatuor obtulerit, adeò marcida, ut multò carbōne extinguerentur. Certè ne summis quidem naribus fumum olfacere licuit. Ideò magis mirabar, quod is totas Hecatombas, quām nauis scopolis adlidetur, nec dum in tutō esset, pollicebatur. Hæc adeò cum ipse animo mecum uoluerē, iam ad Poecilen usq; peruenērā. Ibi uero innumeram ego hominū turbam confluxisse prospicio, alios quidem in ipsa portico, alios sub dio, nonnullos uociferantes, pertinaciterq; in sedilibus concertantes audio, ratus id quod erat, contentioso illo de grege philosophos esse. Libuit ipsi quoq; in eos incidenti, quae re rixarentur animaduertere. Igītū dimota, qua forti obseptus eram, densiore nebula, ornatumq; illorum, ut proximè potui, induitus, barba insuper etiam subinducta, prorsus philosophum me exhibui.

bui. Denique cubitis expansis, retroque di-  
stortis, iter adperiens, quia ignorabar  
quis nam essem, irrupo. Damidem istū  
perditum Epicureum atque longè opti-  
mum Timoclea stoicū, infestissima con-  
cione cōmissos inuenio Timocles tum  
aqua hærebat, tum uoce ob clamorē de-  
stituebatur. Damis Sardonicē obridens  
Timoclea magis, magisque irritabat. Por  
rò omnis sermo illis de nobis erat, nāque  
Damis iste execrabilis, nos neque morta-  
libus prouidere, neque quz apud eos age-  
rētur considerare predicabat. Quid mul-  
tis! Nihil nos, prsum esse adserebat. Nec  
defuere etiam, qui eum laudibus uehe-  
rent. At Timocles in rem nostram senti-  
ens, supra que credibile obliuctabatur, &  
indignabundus omnibus modis nos de-  
fensabat; curam nostram super mortali-  
um rebus laudando extollens, expone-  
bat interim, quemadmodum in mundo  
singula etiam, & quibili, cōuenientiis or-  
dine. Di immortales tum producerent,  
tum gubernaculis moderarentur. Et ha-  
buit ipse quoque sux sentētæ laudatores.

B . . . . . Sed

Sed enim iam uox eius capre in morem  
exilescebat, et grecis admodum uerba fa-  
cere poterat. Itaque uniuersa multitudo  
inclinatis animis sententiā Damidis spe-  
ctabat. At ego posteaque Timoclis peri-  
culum animaduerti, nocte undique offusa  
conciliū dimitti iussi. Digressi igitur di-  
sceptationi isti postridie finē imposituri  
sunt, denuo enim cōmittentur. Ceterū  
turbas, dū domū dilabunt, obambulans  
aduerti Damidis animū laudari et potio-  
rē multis modis sententiā uideri. Fuere  
tamē quorū sentētiz eō inclinarēt, ut in-  
*Adagium*  
*indicta*  
*causa.*  
dignū iudicarent, cauissam indictam da-  
mnacū iri, putarētque expectandum, quid  
postero die Timocles contrā esset pro-  
nūciaturus. Hęc habui, qua propter uos  
cōuocauī, quae dū Dñi haud contēnenda  
sunt, si cogitaueritis omnē nostrū hono-  
rem, gloriā, salutationēque homines esse.  
Quod si illi aut nulos omnino deos,  
aut ut maximē sint, suarū tamen rerū se-  
curos esse persuasionē induerint, nulla  
sacra, dona nulla, nullaque ueneratio in po-  
sterū ab illis nobis expectanda erunt, fru-  
straque

stragis in exilo cū fame luctantes, festis in  
 sup mortaliū celebribus cōuentibus, cer Ab incon  
 caminibus, sacrificijs, puluinarijs noctur modis.  
 nis atq; pōpis destituti sedebimus, quā  
 obrē in tāto rerūnostrarū discriminē oēs  
 uos dispicere aliquid oportere cēseo uti  
 malis pr̄sentibus salus querat. Idq; cu  
 randū, ut uincat Timocles, & ueritati q̄  
 proxima dicere uideaēt. Damis uero ab  
 auditoribus irrisū eaf, quamq; uix addu  
 car ut credā Timoclis futurā uictorū, ni  
 si et nostra ei studia auxilient. Proclama Preco se  
tentias c  
nocat.  
 Mercuri ex more pr̄coniu, ut surgētes  
 cōsilia conferat. MER. Audi, tace, ne ob  
 turba si quis deorū summatiū sententiā  
 dicere uelit, ei ius esto. Quid isthuc: ne  
 mon̄ progreditur? An uos obrogatio  
 nem tam arduā percussos stupor inua  
 sit? MOM. At uos unda simul tellusq; ab  
 sorbeat omnes. Ego si dīcendi libertas Iliados  
 mihi permittatur, quæ dicam non pau  
 ca habeo Iuppiter. I V P P. Fas esto Mo  
 me cum fiducia quæ libuerit dicere. Vi  
 deris em̄ quod ē re nostra erit maximē li  
 berē pronunciaturus. MO M V S; Audite  
 B + ergo

Epilogus  
consultat  
dum eſſe

ergo Dñ omnes, quæ, quod aiunt, exas-  
 moni ora nimo dicuntur. Ego iam dudum dubiū  
 tio mer- hunc rerum nostrarum statum expecta-  
 dax. ut, et in ea opiniōe semper fui, cōplures  
 huius generis sophistas nobis exoritu-  
 ros, quibus nostrapte adeò culpa tantū  
 audaciætribuitur: nam per fas, necq; Epi-  
 curo, necq; eius disciplinætum studiofis-  
 tum successoribus nos irasci conuenit,  
 etiam si huiuscmodi opinionem de no-  
 bis concepere. Quid enim ipsos sentire  
 posse credas, quum tantam rerum con-  
 fusionem in uita mortalium conspican-  
 tur. Vbi optimus quisq; negligitur, ege-  
 state, morbis, seruitute, cōsumitur? Con-  
 g; offen- tra quo quiq; sunt sceleratores, aut tur-  
 dunt. pitudine uitæ iusigniores, hoc & maiest-  
 illis honor habetur, & plureis opeis pos-  
 sident, qui & spectatæ uitæ hominibus,  
 uiuendi rationem ex libidine prescribūt  
 Carterū de sacrilegis nullum suppliciū  
 sumitur, sed per obliuionem elabuntur.  
 Quid quòd nōnunq; innocentes etiam  
 male multati in crucem aguntur? Mer-  
 to itaq; quū istiusmodi cernunt, animos  
 cogit

cogitatio subit, deos nos prorsum nihil  
esse: maxime quotiens oracula in hunc  
modum relata accipiunt. Quod transgres-  
sus Halim magnum imperium demoli-  
etur, neque enim adparet hostium ne, an  
suum ipsius imperii uelit. Et rursum: O  
diuina Salamis perdes è mulieribus na-  
tos, nam & Persæ pariter ac Græci è mu-  
lieribus prognati fuerunt, mea quidem  
sententia. Iam uero quando de hystrio-  
mibus carmina ad uirgulam decantanti-  
bus audiunt, amare nos, uulneribus cō-  
fici, seruire, in vincula condi, factiosè di-  
sidere, milleq; alijs rebus disstringi, idq;  
beatos & immortaleis perhibere uolen-  
tes. Quid aliud quā dignis modis nos de-  
rideant, nostrac; omnia nullo in nume-  
ro ponant. Et nos interim grauiter fer-  
mus, quod homines nō omnino stulti ex-  
tent, qui hæc redarguant, prouidentiæq;  
nostram è medio sustollant. Bene equi-  
dem uobiscum agi existimare oportuit,  
quod reliqui etiā quidam sunt, qui hoc  
errore detenti, sacra portæ nobis faciant  
Ac quidem hic mihi Iuppiter (soli enī

Homerū  
uide.

sumus, nemoq; mortaliū hoc in collegio  
 īest, pr̄ter Herculē, Bacchū Ganimē-  
 dem, & Aesculapiū, dijs immortalibus  
 cooptatos) quā uerissimē potes respon-  
 deas uelim: tantū ne unq; cura res mor-  
 talium habueris, uti discriminē exactē in  
 ter bonos & malos faceres? Atqui isto  
 huc dicere haud queas. Quod ni igitur  
 Theseus Troēzene Athenas profectus  
 facinorosos homines obiter in itinere,  
 quantum quidem in te, tuaq; prouiden-  
 tia fuit, ē medio sustulisset, nihil uetus,  
 quo minus Scirō Pytiocampes Certiō  
 ceteriq; ex uia ingredientiū latrocinio  
 summis in delitij; uersati essent. Aut nisi  
 Buristheus uir iustus simul ac prouidus  
 tū uero ob singularē quendā hominū a-  
 morē publicē bene audies, domesticū il-  
 lū suū tū laboris patientē, tū ad opus faci-  
 nudū alacrē, Herculē uidelicet, emisisset  
 parū telupp. hydra, Stymphalides aues,  
 equi Thraēnēs ac Centaurorū, que in  
 nos debacchatum, iniuria permouissent  
 Verū emuero si quod res est, dicere licet.  
 oq; sedentes unicū hoc attentius spe-  
 ctamus

Vide Bon  
est lib. 10

Vide Oui  
diu.

mus, qui sacra faciat, quiue sacros artis homores adoleat, cetera sectudo feruntur & stu adeo ut singulis prædæ sint singula. Proinde merito quicq; id mali est ferimus, et porro feremus, posteaq; homines paululū capita attollere occœperint, inuestigantq; nihil inde ad se cōmodi redire, ut maximè sacra habeāt, aut libamina mitiat. Posthac uidebis, idq; breui, q; ijdem Epicurei Metridori ac Damides partiu nostrarū studiosos, tū ludibrio habebūt tū pecudum more oppressos mactabūt.

Quapropter nostri officij fuerit curare q; res isthec consopiaſ ac quoq; remediole niaſ, quū in tm discrimē sit adducta. Mo mo sanè leue periculū uertit, si nullus ei honos tribuit, iā olim em inter inhonoratores ponor: uestra aut eò magis retulerit q; beati sacris fruimini. IVP. Si namus supi asperū istū semp et obiurgatore Mo mū suas nugas agere. Este equidem (quē admodū admiratiōe dignus Demosthen, ait) cuiuslibet in ius uocare, conqueri & carpere. Præsentem aut rerū statū in melius constituere atq; adeo corrigerē, id demum

Vafre cō  
siliū Mom

demū, quod uerè dico, prudentis iuxta  
 ac sapientis consiliū rem esse existimauē  
 rim: id quod uos facturos ego planè uel  
**Neptuni** isthoc etiam tacente, confido. **NEPTVN.**  
**consilium** Quanquam ego sub undis & uerser, &  
 planē Ec<sup>s</sup> summā ibi rerum, quemadmodum sci-  
 cianum. tis, administrem, ac, quod equidem pos-  
 sum, nauigantium saluti studeam, dum  
 nauigia promoueo, uētoscq; motos mul-  
 cens compono: tamen quoniam harum  
 que hic geruntur, rerum, me quoq; cura  
 remordet, Damīm ego istum è pedibus  
 ante quā ad litem redeat, summuendū  
 censeo, siue id fulmine, siue qua alia ma-  
 china confieri possit, ne superiores dicē-  
 do nanciscatur: siquidem Iuppiter mira-  
 eum persuadendi uehemētia ualere præ-  
 dicas. Simul autem exemplum illis desi-  
 gnemus, quibus modis iij à nobis tractē-  
 tar, qui tales sermones aduersum nos in  
 vulgus spargunt. iv p. Irasceris Neptu-  
 ne, an nihil omnino meministi? Haud  
**Viteius** quisquam horum in nostra est potesta-  
 te. Parce unicuiq; nendo sua fata eum  
 in modum statuunt, ut aliis fulmine, a-  
 lius

Ilius ense, hic acuta febri, ille tabe demo-  
 riatur. Equisdem si ea res penes me esset,  
 an me nuper sacrilegos illos, ut ex O-  
 lympis intacti fulmine discederent, pas-  
 surum fuisse arbitraris? qui duos mihi ca-  
 pillos, quorum alteruter minis sex pon-  
 derabat, deraseres? An uero ipse oculis  
 & quioribus pescatore illum Horensem  
 in Geresto dissimulatus eras, qui tibi  
 tridentem furto auferebat? Praterea non  
 ira modis commoueri, acerbeque negoti  
 difficultatem ferre uidebimus. Verum  
 etiam Damidis sermones expauescere,  
 denique ob id eum amolitum cupere iudi-  
 cabimus, quod eundem Timocli praela-  
 tum iri formidemus. Itaque quid aliud se-  
 esse censemus, quam indefensa causa  
 sa uicisse: NEPTVN. Atqui ego me com- Dejecta  
 pendiariam ad uictoriam uiam excogi- causa.  
 tasse putabam. I V P. Apage Thunnicū  
 enthymema Neptune, & uehementer Adagium  
 crassum, qui iudicis aduersarium est me, Thunnu-  
 dio tollendnm, quo disceptationē neu- rere.  
 tro adhuc inclinatam, nulliisque parti adiu-  
 dicatam relinquens uita decederet. NE-  
 TPVN.

**PTVN.** Vos igitur aliud conducibilius  
 dispicite, quando quidem mea ut Thun-  
 nica expuncta sunt. **APOLLO.** Si que ad-  
 olescentibus, insdemque adhuc imberibus  
 ueterum consuetudine; & nobis publice di-  
 cendi facultas permittat, haberet fortas-  
 sis quod haud parum ad eam de qua tanto  
 pere consultatur, rem faceret. **M O M V S.**  
 Istuc quidem consultatio arduas res **A-**  
 pollo dicit. Itaque nulla hic ratio etatis ha-  
 betur, uerum omnibus hoc in coetu dicen-  
 di facultas proposita est, per gratum autem  
 fuerit, ut maximem in extremis laboretur  
 si que autoritas dicendi maiorum consue-  
 tudine sit adolescentibus facta, anxiem et  
 iam quesitis argumentis differamus. Es  
 etenim ipse iam multo usu exercitatus  
 orator, iamque olim pubertatis annos in-  
 gressus duodecim sortilegij principibus  
 consiliij uidelicet nomine ad census esidque  
 propemodum regnante Saturno. Proinde  
 exuto iuuenili animo, liberet in medium  
 que uidentur confer nec erubescet quod  
 imberbi tibi sit dicendum cum densa iuxta  
 ac producta barba tibi filius sit Aescula-  
 pius.

**Apollo in**  
 berbis

plus. Præterea haud mediocriter decori  
 tuo cōsulueris, si hodie sapiētia tua acu  
 mē q̄ euidētissimē declaraueris, nisi fru  
 stra in Helicone desedisse ac cū Musis  
 philosophatus uideri uelis. A P O L. Non  
 tuū Mome, sed Louis est dicēdi ius face  
 re, q̄ si fecerit, haud quāq̄ alienū à musis  
 dixerim. I V P. Dic mi gnate, pmittimus.  
 AP. Timocles ille bonus mihi uir, deorū  
 q̄ immortaliū amāsse uideat et q̄ Stoico  
 rū dogmata exq̄siciissimē pspecta habeat  
 tunc et ob philosophie studiū plerisq; a  
 dolescētibus cōmendatus haud uulgarē  
 q̄stū reportat. Porrò p suadēdi arte mirē  
 ualet, sed priuatim, nimirū q̄ties discipu  
 lis sup alio re differit: at ubi publicē ppa  
 lā multitudine uerba illi habēda sūt, sup  
 modū trepidat, uoxq; eius, mixtim ple  
 beiū quiddā ac barbarū sonat, adeo ut i  
 st hoc oris animiq; uitio in cōuētibus risū  
 reportet: neq; em ordīne cōtexens collis  
 git, sed h̄esitabūdus balbutit id q̄ maxiē  
 sic affecto accidit, quū q̄ splendidissimē  
 eloquētia specimē designare contendit.  
 Ceterum prudentia, iudicijq; singulatiss  
 acrimonia, mulū nominib; excellit,

quemadmodum etiā ī fatentur, qui Sto-  
icorum præcepta penitus cognita tenet,  
uerū dicendo ea interpretandoq; imbe-  
cillitate quadam ita tum inuoluit, tum  
corrumpit, ut quid dicere uelit, nulla euī-  
dentia demonstrēt, sed ænigmatis simili-  
līma depromens odiosius immoratur.  
Rursum si refellēda est obiecta quæstio,  
tum uero multò sit obscurior. Inde a-  
deò accidit, ut qui id in eo non ante an-  
maduersum habent, derideat. Est autem  
omnino quantū ego iudico, adpertè di-  
cendum, idq; unum prouidentissime stu-  
dio habendum, ut dicentem te, qui au-  
diunt, intelligent. M O M V S: Istuc recte  
dixisti Apollo, laudibus extollens ad-  
pertè qui uerba faciunt, & si idem parū  
ualde in oraculis tuis præstes, qui aded  
obliqua atq; inextricabiliter perplexa  
in mediū citra periculū projectas, ut Py-  
thio auditores, siquidem interpretatio-  
nem uelint, planè indigeant. Age uero  
quid super illo consulis: Quod nam re-  
mediū Timoclis in dicendo imbecilli-  
tati posse adhibere iudicas: A P O L L O : Pa-  
tronū

trōnū ego Mome adhibendum censeo  
si qua via ex egregijs illis aliquem nan-  
ciscī liceat, qui dicendi autoritate polleat  
illiqz quæ animo perplexum defecerint,  
fuggerat. M. O. M. Isthuc uerbum planè  
imberbis adolescentis ingenium arguit  
Apollo : pædagogo illum indigere atqz  
ad eo patrono, qui in philosophorum cō-  
uentu; Timoclis animi sensa presens pre-  
sentibus interpretetur. Porrò Damin su-  
bpte per se ingenio, nostrum uero aliena  
etiam persona ad dicendum titi debere  
autumas, qui in aurem uidelicet susur-  
ret; quæ uidentur. Cæterūm actor uerbā  
faciat, quidem fortassis ne bene quidē  
suggesta audiens intellexerit, quæ quo-  
modo multitudini cachinnos non exci-  
tent. Frustrahæc consultamus, tu autem  
o'preclare, quum &c uatem te uendites;  
& ingentem pecuniz uim inde uenēris;  
ita ut usqz ad aureos lateres sit proiectū;  
quā tuz artis per occasionem documen-  
tō exhibito uaticinaris, uter sophistarum  
dicendo uictoria potietur. Necqz migno-  
tare uates cum sis, istius disceptationis

C etleti

euentum potes & A P O L. Quo pacto  
isthuc præstare liceat Mome, quæcum neq;  
Tripos, neq; thurribulum, neq; fons ua-  
ticinarius, cuiusmodi est Castalius ille,  
nobiscum presto adfint: M O M. Vides  
quod in arctum coactus, specimen artis  
adere tergiuersaris: I V P . Agedum gna-  
te, uaticinare, caue sycophante isti oracu-  
la tua, tanquam in Tripode tantum thu-  
reç & fonte posita, calumniandi, dicte/  
rijsç incessendi ausam præbeas. Quod  
quidem nisi absç ijs, quæ memorasti, fe-  
ceris, attis tuæ gloria te destituemus

A P O L. Præstiterat sanè pater hæc uel  
Delphis uel in Colophone præsentibus  
ad ea rebus necessarijs, quemadmodum  
confueuimus facere, conabor tamen ea-  
rum rerum nudus atç adèd imparatus  
uaticinari, utri uictoria contingat. Expe-  
ctate uero dum ex carmine cōpresso ora-  
culo responsareddam. M O M. Adpertū  
modo Apollo redde, ne patronum, i-  
psumç quoç interpretē desideret. Nō  
ouilla ne caro: et, an testudo nunc in Ly-  
dia coquatur, sed scis de quibus consul-  
etur

tetur. I V P. Quid nam dictutus es gna-  
te: quando tantus pauor responsum an-  
teuortat: Vniuersus oris color immuta-  
tur, oculi circumquaque voluntur, capil-  
lus horribiliter turbatur, corporis motus  
Corybanticus & dementiae simillimus,  
mysticaque omnia adparent. A P O L L O.

Sortilegi hæc omnes audite oracula Phœbi,  
Acri de rixa, modo quam seruere sophistæ  
Clamosi, quos questio acutior armat, utring;  
Alterno explodiunt sibilantes uerba tumultu,  
Sumaque permiscet, que rostra, pauore Corymbas  
Prenderit at curuis Vultur si quando locustam  
Vngibus, Imbriserae cornices tū ultima clanget,  
Cessura est mulis uictoria. Rursus asellus  
Vibrato pullos etiam capite impete acres.

I V P. Quid tam effusè cachinatus es Mo-  
ne: at qui neutquam ridenda res est an-  
te pedes. Omitte infelix cachinnos ne ri-  
su suffoceris. M O M. Qui ego in tam cla-  
to dilucidoque oraculo risum tenere pos-  
sim: I V P. Quin igitur & no bis iam in-  
terpretaris, quid tandem isthuc sit, quod  
reddidit. M O M. Adpertissime, neque The-  
mistocle indigebimus. Hoc autem palam

C 2 sibi

sibi oraculum uult: Damidem præstigia  
torem, nos Canthelios esse asinos, atq;  
mulos, qui ei fidem habeamus, deniq; lo  
custis meliorem esse mentem. HERCVL.  
Ego uero mi pater, et si inquelinus cæli  
sum, tamen non grauabor meam quoq;  
interponere sententiam. Quum congres  
si denuo disceptabunt, modo Timocles  
superior euadat, si namus conciliū, quod  
nostrī cauſſa coit, procedere: si diuer  
ſum acciderit, tum ego statim ipsam por  
ticum, niſi aliter uobis uidetur, conquaſ  
ſans Damidi injectabo, ne sceleratus cō  
tumelia nos adſiciat. M O M. Papæ Iò pa  
px, agreste iſthuc ac plus ſatis Beōticē  
pronunciaſti, qui unius ob noxam, ta  
citos uiros, atq; insuper ſtoam, una cum  
ipſo Marathone, Cynægiro, Miltiadeq;  
perdenda iudices. At quo pacto illis ſu  
mul occidentibus, Rhetores poſthac de  
clamare queant, ſublata ē medio, qua in  
orationibus maxime utuntur, illa hypo  
thesi: Cæterū dum in terris uitam egi  
ſti, iſta conficere poteras, uerum ex quo  
deorum numero accensus es, ſola ea in

Parca.

*Herculis  
fortiſimū  
conſilium*

Parcarum potestate posita esse, haud dubie didicisti. Nos sanè imperij in illos exercentes sumus. H E R C U L E S: Quando ergo leonem, hydramq; neci dedi, Parcarum ea in me potentia fuit: I V P. Sic est. HER, Et hodie si quis templū mihi diripiendo, aut imagines euertendo, iniuriā faciat, eum ego non, nisi Parcis ante ita sit uisum, cōteram: I V P. Nequaquam. H E R. Audi igitur, quod libere dicam Iuppi-  
ter: ego rusticanus sum, & ligonem quidem ligonem (quemadmodum Comi-  
cus ait) uoco. Si autem eō rerum uobis est uētum, ego honoribus hic uestris & odoribus, uictimarumq; sanguine longum ualere iussis, ad Plutonem descendam, ubi me manes nudum modo arcū tenentem, interemptorū à memonstro-  
rum memoria expauescunt. I V P. Euge domo adductus testis, ut proverbio diciatur seruabis igit nos, si ista Damidī garri endo suggesseris. At quis nā est ille, qui tam properè ad nos percurrit: Aeneus ille: Ille pulchrè deformatus, ille undicq; obliteratus, collectoq; in nodum capil

*Ex Aristophane.*

Io prisca illus: Nisi me frustrantur oculi, tunc Mercuri germanus ille Orator est, qui ad Poecilen pice oblitus, cotidie a fabris Itatuaris instauratur. Ehò quid ita curriculo ad nos peruenis fili? Num quid noui è terris ad portas? HERMAGORAS: Longè maxima, quæ uel myriada curarum postulant. I V P P I T E R. Eloquere igitur, an prætereà aliud etiā, quod nos late at ingruerit. HERMAGOR. Cum apud fabros ærarios modo essem (pectus scapulis coniungi cupiens, nam & thorax ridiculè corpori ad fabrefactus, quia affectata arte male attollebatur, eò annulos omnes ære formauit) turbā instar a ciel incedētem prospicio. Et duos quos dam pallidos clamatores, sophistica rumq; argutiarum strenuos propugnatores Damin &c. I V P P I T E R: Quis esce Hermagora optime tragœdias mouere, scio enim quos dicas: sed illud expedi, an diu iam omnium plausu iacta cum certamē in propinquuo coierit. HERMAG. Nondum cominus cōgressi sunt, sed fundis, mutuisq; cōuitijs eminus re gerunt.

gerunt. IV P. Quid est ergo reliquum,  
dñ, quo porrò faciendum, nisi ut ad pro-  
spectum inclinati, quid tandem dicant  
audiamus. Proinde Horæ, repagulum  
tollunto, dimotisq; nubibus, portæ cæli  
pandentor. Pròh Hercules quantæ tur-  
bæ audiendi studio se obuiam effuder-  
tunt. Timocles ille sic trepidans, ani-  
moq; turbatus parum bene mihi placet  
perdet is hodie omnia. Adparet, ut Da-  
misi se opponat, longè imparē esse. Ve-  
rū enim uero nos, quod euidē unū ma-  
xime possumus, taciti super eo nostri cō-  
modi gratia precemur, ne Damis persua-  
sionū illecebris inaudiāt. TIM. Quid ait  
sacrilege Damī, tun' deos esse, et res mior-  
talium curz habere negas? DAM. Nego.  
At tu prius responde quibus argumētis  
persuasus, deos esse adfirmes? T I M O C.  
Haud faciam, sed tu mihi responde. DA-  
MIS: Nequaquam, sed tu. IV P. Hac qui-  
dem uia noster, meliori licet & uocalio  
riori Damidi asperam uocem comparat.  
Macte Timocles, perge blasphemij ob-  
turbare, ita cīn uinces. Ceterū ille tibi os-

Sophisticæ  
attēde di-  
fputationē  
de dijs er-  
proudēta

C 4 occludens

occludens, te pisce magis mutum redi-  
det. **T I M O C.** At ita me Minerua amet,  
prior tibi ego haud responderim. **D A M.**  
**Q**uin igit̄ Timocles quare, male peierā  
do facile uicisti, uerū omissis blasphemī  
is rem age. **T I M.** Recte, dic igitur sceles  
stissime dijs curæ res mortalium esse nō  
uidentur. **D A M.** Nequaquam. **T I M O C.**  
**Q**uid agis, casu igitur omnia illa ferun-  
tur? **D A M.** Casu. **T I M O.** Et nullius det  
moderamine curā ue rerum summa di-  
spensatur. **D A M.** Nullius. **T I M.** Omnia  
autem sua sponte, temerarioq; arbitrio  
feruntur. **D A M.** Sua sponte. **T I M O C.** An  
uerò dūi viri iſthac audientes suffertis, nō  
peſtem hanc saxis obruitis? **D A M.** Cur  
homines aduersum extimulas? Quis  
tandem es, quod deorū nomine Timo-  
cles indignaris, quando ipsi dij iracun-  
dè haud quaquam ferant? Siq; uidem iñ ni-  
hil acerbū in nos statuunt, quum hæc  
audiunt, si tamen audiunt. **T I M.** Audi-  
unt, Damī, audiunt, & suo tempore in-  
uisentes uindicabunt. **D A M.** Quando il-  
lis ut me uisant otium suppetet, si quem  
admo-

sedmodum aīs, tot negotijs quæ in mun-  
 do sunt innumera, dispensandis distrigā-  
 tur. Vnde adeò fieri reor ut nec de te qui  
 ita peieret, supplicium sumperint. Cat-  
 terū ne ipse quoq; dijs maledicere præ-  
 ter pactum cogar, haud sanè video, quæ  
 alia in re expressius prouidēt; & specimē  
 declarare possint, quam si te malum ma-  
 le conterant. Sed enim per Oceanū for-  
 tassis ad inculpat; uitæ Aethiopes pro-  
 fectos esse conçio; solent em illuc fre-  
 quentius ad coenas cōmcare, idq; sap-  
 numero nō inuitati. T I M O C. Quid ad  
 istam à me impudentiam præterea dīc  
 possit. D A M. Illud Timocles, quod diu  
 ego de te maximè cupiebam cognosce-  
 re, quibusnam argumētis adductus res  
 humanas dijs curæ esse, persuasum ha-  
 beas. T I M. Principio ipsa rerum series  
 & ordo fidem fecit, sol sibi illud iter per Rerū &  
 petuū remeat, id quod à Luna quoq; fi nature or  
 eri uidemus. Hore uertuntur, plantæ na- do d'orū  
 scuntur, animantia gignuntur, eaq; ipsa prouidēti  
 ineffabili quadam solertia ita constitu- am argu-  
 ta sunt, ut & alerē se & mouere, sentire, uult.

C 5 in,

ingredi, opus facere, ceteronicāq; exerce-  
re queāt. Hęc aliaq; id genus prouiden-  
tię opera esse uident̄. DAM. Ipsam adeo  
quæstionē percellens usurpas, uerū non  
dum edoces, nū unū quodę horū per p̄  
uidentiā perfecte cōsistat: nā quod rerū  
natura ita se habeat, ipse quoq; fateor, at  
qui non iccirco protinus ut credam ne-  
cessē fuerit, eam prouidentiā alicuius ui-  
gere. Quin aliter etiā orta inuenias, quæ  
tamen ipsa nunc simili, eodemq; ordine  
constant. At tu rerū illum ordinem, ne-  
cessitatem adpellas. Et post hęc uideli-  
cet pessimē te habet, si quis tuā nō per o-  
mnia assequat̄ sententiā, qua quidē na-  
turā ut sese habeat enumerasti, pariter  
ac laudibus extulisti, inq; ea fuisti opi-  
nione, ut putas in hoc demonstrationē  
positam, quod prouidentia quadam sin-  
gula inter se consentiāt. Itaq; iuxta comi-  
cū: Laboriosum est hoc, aliud mihi refer-  
T I M. Ego equidem alia præterea demō-  
stratione haud quaquam opus esse cen-  
seo, tamen aliud querenti responde Ho-  
merum poëtarū esse optimum fateris:  
DAM

DAMIS: Sanè quidem. TIMOCLES:  
 At ille prouidentiam deorum common  
 strans fidem fecit. DAMIS: Homerum  
 equidem ô præclare, poëtam bonum es  
 se unà tecum omnes fatebuntur. Te-  
 stem autem stabiendi ueritati, quod  
 ad has quidem res attinet, neque Ho-  
 merum, neque alium quemuis poëtam  
 rectè adduxeris. Nullam enim ueri ra-  
 tionem h̄ sequuntur, sed id unum stu-  
 dio habent, aures hominum ut demul-  
 ceant, atque eam adeò ob rem carmina  
 & decantant, & fabulas ceu uiuis ab o-  
 culos positis, exemplis erudiunt. Utq̄  
 summatim dicam eò omnes ingenij ui-  
 reis extendunt, ut delectent. Ac sanè li- Poëta de  
 benter inaudierim, quibus nam maxi- lectans,  
 mē fabulis Homerus apud te fidem e-  
 meruerit. Fortassis ijs quæ de Ioue nar-  
 rat, quo pacto filia, fraterque, uxor in  
 fidiarum machinis adortum, in uincu-  
 la coniçere tentarint, & nisi Thetis fa-  
 cti miserta Briareum illum accersiuisset  
 optimus Iuppiter abreptus uincula pate-  
 ret, cuius hic beneficij memor gratiâq;  
 The.

- Iliade 2.* Thetidi renumerans, Agamemnona lūdificatus est, uanum illi somnium immittens, quo plures Achīui occubarent. Viden<sup>r</sup> præterquā quòd ludificatorem se exhibuit, fulmine tactū Agamēnona incendio haurire nullo modo potuit. Iam uel illis etiā figmentis adfectus ad fidem h̄sdem adhibēdam pertractus es, quando inaudisti, quòd Diomedes *Veneri* uulnus inflixit. Deinde ipsi etiam Marti, instigante illum eō Minerua, non ita multò post dij simul omnes in arma ruentes mixtum mares & fœminæ singulari certamine prælium miscuerunt, ubi Pallas quidem Martē pugnando deuincit, nimirū egrum adhuc ex uulnere quod à Diomede acceperat,
- Iliade 5.* Contra Latonam tendit Cyllenius armis.  
Atq; haud scio, an illa quoq; quæ de Diana fertuntur, similitudine uerite coepierint: quando ea uoce querula omnia cōplens, iracūdē tulit, proptereà quòd Oeneus ipsam conuiuij honore nō cum reliquis dijs dignatus esset, unde irata a prum immani magnitudine pariter ac irrefisi

resistibili robore propemodum, in agrū illius immisit. Hac obsecro quum Ho-  
merus narrat, num fidēm tibi facit? IVP.  
Papæ quanto fremitu o superi multitu-  
do acclamauit? Ad cælum Damim tol-  
lunt. At hic noster animi dubius & per-  
plexus uidetur, tum aut formidine trepi-  
dans clypeum abiecitur, iamq; circun-  
spicit qua eruptiōe facta, aufugiat. TIM.  
Quid autē Euripides, num & is nihil sa-  
ni scriptis prodiisse censendus uidetur,  
quando deos ipsos in scenam producit,  
ut qui bonos quidem principes seruente  
cōtrā prauos, tuoq; exemplo impios, e-  
xitio tradant? D A M. Atqui o philoso-  
phorū nobilissime, si hoc genus figmen-  
tis tragicī poēta mentē tuā adficerūt, ex-  
duobus alterutrū dones necesse erit, ui-  
delicet aut Polū Aristodemū Satyrūq;  
tua opinione tunc deos esse, aut ipsas de-  
orum personas, cothurnos, tunicas ad  
pedes usq; productas, prætereā chlamy-  
des, manicas, quodq; uentri, reliquoq;  
corpori injicitur, quorum omnium usu  
poēta maiestatem quandam & dignita-  
tem

tem tragœdias conciliare consueuerunt.  
At qui id ego omnium maximè ridicu-  
lum existimauerim, quādoquidem p se  
nullaq; necessitate impulsus, Euripides  
quaē ad fabulam facere credit, denarrat.  
Imō ipsum liberē scribentē aliquā audies

*Carmina  
Euripidis  
Iouē nihil*

Vides spacioſum & altum & immensum ethera  
Humidis tenentem amplexibus hinc & hinc humū  
Eum Ioueni putato, deumq; colito.

eſc. Et rursum:

Iuppiter quisquis is est Iuppiter, haud enim scio, niſi  
Quod sermone adcepi.

Et id genus. T I M. Vniuersi igitur atq; a-  
deō omnes gentes falsa opinione dece-  
pti sunt, qui deos esse credidēre & sacris  
solēnibus celeberrimē pſecuti sunt. D A.  
Benefactū Timocles, quod me singula-  
rum religiōnis nationum, eaq; de re ſen-  
tentiarum cōmone fecisti: inde adeo ma-  
xime intelligas, nihi firmi habere, eam

Variagē = quaē de dijs fertur, existimationē. Multa  
tiū religio hic confusio, & alij aliter ſentiūt. Scythæ  
ſicut etmo nanc; acīnace gladio ſacra faciūt, Thra-  
zachorū ces Zamolxidi ſeruo ex Samo transfu-  
bodic. ḡ, Phryges Lunz, Aethiopes diet, Cyl-  
lenij

lenij Phaleti, Assyrij columba, Persi-  
 gni, Aegyptiæ aquæ. Estq; aquæ religio  
 Aegyptiacis omnibus communis, cat-  
 terum priuatim bos Memphis deus  
 est, Pelusiottis allium, denique alijs ibis,  
 aut Crocodylus, alijs caninum caput,  
 aut cattus, aut simius. Porro in castellis  
 alijs dexter, alijs ijsque ex aduerso habi-  
 tantibus sinister humerus, dei loco colis-  
 tur. Rursum his pars incisi capitis, illis  
 testaceum poculum, aut etiam catinus.  
 Quis isthac nō effuse derideat bone Ti-  
 mocles: M O M V S: Prædixit rego super  
 cuncta propalam proferri pariter, ac di-  
 ligenter pensitari: I V P. Prædixisti Mome  
 & meritò nos in culpam uocasti. Dabo  
 aut operā, ut ista corrigens in integrū re-  
 stituā, modo hoc, quod instat malum de  
 functū sit. T I M. At tu o dñs infeste, oracu-  
 la futurorūq; prænunciatiōescuius opus  
 esse cēles, deorū ne, an horū pudentia:  
 D A M. Omitte mentionē oraculorū qn te  
 quē fiero, et quorū oraculis mentionē po-  
 tissimū fieri libet, eius ne φ Pythius Ly-  
 do cecinit, qd' quidē ex cōposito incertis  
 respō

Oracula  
Apollinis  
examinan-  
tur.

respōsis implicitū, ac bisōrme fuit; cuius  
modi quādā Mercuriales sunt statuē  
duplices uidelicet, & in utram partē uer-  
tas, undicē sibip̄sis respondentēs, an po-  
tius Croesus transgressus Halym; suūp̄  
ipsius, an Cyri perditum eat regnum.  
Atqui nō paucis talentis Sardianus ille  
sceleratus ambidextrū iſthuc oraculum  
emerat. M O M. Ipsa adeò homo hic orati-  
one cōmemorat, quæ formidaram. Vbi  
nunc nobis pulcher cytharœdus, qui  
descendis, ac iſta confutando nos illi ex-  
purgass? IV P. Occidis nos Mome intem-  
pestiua illa tua obiurgatiōe. T I M. Vide,  
qd' facinus incep̄tes pestifer Dami, qui  
simulacra pariter ac aras deorū immor-  
taliū tantū non dicendo euertis. D A M E  
Non omneis aras Timocles. Quid autē  
adeò magnum ab illis fit, si suffumigat  
onibus odoribusq; redolentibus conser-  
tex sunt? Nam in Thaurica regiōne aras  
illās Scythicæ uidelicet Diana gradibus  
suis in præceps emotas, haud sine uolu-  
ptate spectauit, in quib; tamē uirgo illa,  
lautis sacrificijs accepta nō mediocriter  
gaudebat.

gandebat. I V P. Illud malum inexpugnabile incumbit, ut nulli deorū homo iste parcit. Sed ex plaustro liberè loquitur, quemq; ordine perstringens, sōtē pariter, culpacj uacantem. M O M. Atqui Iuppiter haud sanè ita inter nos multos qui extra uoxiam sint, inuenias. Et fortassis homo hic, siquidem ita pergere amus est, summatiā etiā aliquos taxabit.

T I M. Nō ipsum Iouē tonitrus ædentē deorum expugnator Dami audis? D A M. Qui tonitrus præterire auribus queam Timocles? An aut̄ is qui tonitruat Iuppiter sit, id ipse melius nosti: nimisrum è familia deorum alicunde profectus. Verū enim uero, qui ex Creta huc commigrat, longè aliter nobis referunt: monumentū uidelicet quoddam illic ostendi, columnamq; inibi erectam etiamnū stare, quæ arguunt nō porrò tonitrua Iouem factum: utpote iam olim uita defunctum.

M O M. Hoc ego multò antē dicturum Damidem sc̄lebā: Quid Iuppiter nobis expalluisti? quid dentes tremore cōpoldis? Fortem animū habere oportet, ac

D istiusma

istiusmodi modi homunciones contem  
nere i v p . Quid ais Mome , contem  
nere ? Non audientiū multitudinem ad  
uersum nos persuasionem induisse con  
spicis ? quoddq; Damis eos infectis in o  
mnium aureis catemundum abducas ?  
MOM. At tu Iuppiter, si modo uelis, cate  
na aurea illa demissa uniuersos e os traxe  
ris ipsa cum tellure fretoc; . T I M . Dic mi  
hi scel este, num aliquando nauigaueris ?  
DAM. Sap ius ac numero : T I M . Ventus  
igitur secundus incidens, uelaq; disten  
dens, an remigantes uos ferebatt an quis  
piam nauclerus gubernabat seruabatq; ?  
DAM. Maximè . T I M . At interim, quum  
nauis sine gubernatore non promoueat  
tu eam absq; duce & moderatore ferri  
existimes ? DAM. Euge Timocles, prudē  
ter hæc quidem, solidoc; usus exemplo  
pronuncias : sed enim deorum amantis  
sime, non est dubium , quin aliquando  
talem gubernatorem sis conspicatus, ut  
semper, inq; tempore apud se cogitet, qd  
sibi ex usu fore putet: quiq; eadem nau  
is imperer; denic; qui curer, ne quid inu  
tilis

tis sumptus aut nulla ratione commo-  
 dum nauis uehat. Tuus uero ille guber-  
 nator, quem magnæ nauis præfeci dignus  
 iudicas, una cū ijs, qui in nauis sunt, nula  
 la solertia, nullaq; cum dignitate rem ge-  
 rit: sed rudens (ut exempli causa rem no-  
 tem) in puppim extenditur, utrictq; pedes  
 in prorā. Ancoræ alicubi aureæ quidem  
 uerum reliqua pars nauis plumbea est.  
 Porro inferiora nauigij loca, sunt equi-  
 dem uariegatim depicta. Cæterū superē  
 ora tetra omnino & informia adparent.  
 Adhuc nautarū aliū cernas ociosum, &  
 inertem partūq; promptè ad rem nauticā  
 audaciæ: nimiq; bipertē & tripertē. Por-  
 ro alium in fundum usq; impigrè urinā-  
 tem, denatantē ue uideas, ac mox in an-  
 tennarū apicem subsilientē, leui deniq;   
 opera, qd maximè cōferat, deprehendē-  
 tem. Soli autē nauis præfecto labor exat-  
 landus est. Cōsimili more & in transfris-  
 res gerit, ubi mastigia primas proximè  
 gubernatore sedes habet, castigat ac cor-  
 rigit, ac cynœdus quilibet, parricidaq; et  
 sacrilegus summos honores, summos

in nauis locos cum dignitate possident.  
Ceterum boni aut ciuiles uiri, plerique  
omnes, in angulo scaphæ angustia loci  
premuuntur, atque adeò (quod equidem  
uerè dico) à deterioribus pessundantur.  
Veniat in mentem quomodo Socrates  
Aristides ipsiusq; Phociō nauigarint qui  
bus ne farina quidem ad necessitatē sup  
petebat, nec licebat in nuda tabulamen  
ta ad sentinā pedes porrigere. Quāta ue  
rō contrā uoluptate Callias, Midias &  
Sardanapalus: qui in illos etiam despue  
rūt. Huiuscemodi in tua naui sapientiss.  
Timocles ppetran̄, quapropter & mil  
le fiunt naufragia. Quod si gubernator  
quispiā præsens cōtemplatus est, ac sin  
gula administravit, primū ne potuit qui  
dem ignorasse, qui uel probi uel praui  
in nauī extitissent: alioqui singulis pro  
dignitate, quæ cōuenissent, dispensasset  
utiq; Meliorē locū supernè melioribus,  
idq; aptū se, inferiorē deterioribuscōces  
sisset. Deniq; inculpatę uitę homines, tū  
cōuiuio, tum cōsilio adhibuisset. Iā nau  
tarum, si quis strenuus, & proræ admini  
stratiōe

stratione idoneus extitisset, eū non cum  
ratiōe modo praeesse, uerū principis etiā  
loco obseruari debere reliquīs declaras-  
set. Econtrā ignauū, pigrūq; ut fune sin-  
gulis diebus in caput plagas acciperet,  
tradidisset. Itaq; o admirande tuū de na-  
uigio exemplum, ignauū gubernatorē  
sortitū, cū periculo est circunactū. MOM.  
Res Damidi secūdo flumine pcedit, &  
plenissimo uelo ad uictoriā fertur. IV P.  
Rectē cōiectas Mome: nā Timocles ni-  
hil solidum iudicio depromit, sed tantū  
ista cōmunia, alia super alia, eaq; facilis  
confutatiōis, cotidie cū anxio labore ad  
ducit. TIM. Nauis igit̄ exemplū, quādo  
parū ualere autumas, audi sacrā, quod  
aiūt ancorā, quā nulla machina abrūpe-  
re queas. IV P. Quid tandem pferet. TIM.  
Cernes em̄ an hæc quoq; rectē cohæreti  
syllogismo colligā, & si qua ingenij or-  
per refellere possis:

*Si enim are sunt, & Dijs sunt,*

*Atqui are sunt, igitur & Dijs sunt.*

*Quid ad hæc respondes? DAM. Vbi ad sa-  
tietatē risero, respondebo. MIT. At tu ri-*

*D s su*

*Adagium*

*In syllo-  
gisnum*

*Fabri*

su hodie desistere neutiqp posse uideris.  
 Dic nihilo secius tamē, cur tanto risu no  
 stra prosequenda putas? DAM. Quia nō  
 animaduertis quod ancorā tenui pendē  
 tem filo arripuisti, eāqp sacrā. Quod em  
 deos esse, quia stent arx, ratiocinaris, gra  
 uem inde facturū te impetū speras. Pro  
 inde quoniā ipse fateris, præter illud ni  
 hil esse qd sacrū magis dicas, abeamus.

TIM. Victoria ergo priordiscedēs cōce  
 dis? DAM. Etiā Timocles: tu em nosquē  
 admodū qui uim patiūtur, ad aras cōfu  
 gere adigis. Itaqp per ancorā illam sacrā  
 sentētia est, me in aris illis sacra facturū  
 tuo nomine, quod in posterū egonunc  
 de ihs rebus tecū rixari uelim. TIM. Cauil  
 ee.

Ils nos incellis sepulchrorū effosso  
 phane, despunde, uerbero, excrementi  
 Pater tuus ignorat, matrem stupro cor  
 poris sumptus tolerauit, fratrem tuū o  
 cidiſti, adulerium cōmittis, adolescentia  
 los mollissimē, impudētissimeqp constu  
 pras. Ne fuge, donec à plagiis acceptus  
 dimittaris: iam enim scelerato tibi mo  
 dis omnibus testa illa uulnera infligam.

IVP. Hic quidem ridens, superi, discedit  
 Timocles conuitijs increpitans strenue  
 sectatur, haud quaquam Damī ferens,  
 qui eum iūdos delitiasq; facit: immo ca  
 put eius tēgula cōmīnuere uelle uidetur  
 Nos autem quid hoc rerū statu agimus  
 M E R C V R I V S. Rectē id comicum di  
 xisse iudico:

Nihil graue paſsus, si non te ostendas pati.

Quid em̄ adeò acerbi est mali, si paucu  
 li homines hac persuasione inducti di  
 scedunt? Multi supersunt, qui contrariā  
 sententiā agnoscunt. Græcorū maior  
 pars, maxima populi, postremo infima  
 plebs, atq; adeò Barbari omnes. IVP. Ve  
 rum isthuc haud paulo rectius obseruā  
 dum esse uidetur, quod scitē admodum  
 Darius temporibus Zopyri pronūcia  
 uit. Proinde ipse quoq; unū tamē pro  
 pugnatorem et bellī socium, qualis Da  
 mis habere malim, quam uī capere dece  
 mille Babylonas. F I N I S.

A. P. G. L.

Quas tenet hic rixae Damis impius atq; Timocles  
 Haec nostra hæc miris secula tulere modis.

*Adagium  
 Zopyri  
 talenta.*



BASILEAE EXCVDEBAT  
HENRICVS PETRVS,  
MENSE AVGVS  
STO, ANNO  
M.D.XXXII.